

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de


**Dissertatio Philosophica De Spectris : Qvam Assistente Dei Gratia nec non
Consensu Amplissimi Ordinis Philosophici, In Celeberrima Pomeranorum
Academia**

Gryphiswaldiae: E Typothesiâ Matthaei Doischer, [1690?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn173737871X>

Druck Freier  Zugang





G. H. 1030. 1-18.




2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

15.

16.

17.



14.
149
5-

DISSERTATIO PHILOSOPHICA
SPECTRIS,
ASSISTENTE DEI GRATIA
CONSENSU AMPLISSIMI ORDINIS
PHILOSOPHICI,

In
Celeberrima Pomeranorum Academia,

sub
PRÆSIDIO
VIRI CLARISSIMI
DOMINI
M. GEORGII CHRISTOPH. LEMMII,
RUGIANI,
Fautoris sui Colendi,

In
Auditorio Minori ad diem 23 Maji horis mat.

Exercitii gratia
Placido Commilitonum Examini

siftit
JOH. HEINR. HÜBNERUS, Marchiacus,
S.S. Theol. & Phil. Stud.


AUTOR.

GRYPHIS WALDIE,
E Typotetria MATTHÆI DOISCHERI, Acad. Typographi.

15.

16.

17.



151

**INCLUTÆ GRYPHISWALDENSIS ACADEMIÆ
MAGNIFICO DOMINO
RECTORI,**

**VIRO PRÆ-NOBILISSIMO, AMPLISSIMO
& EXCELLENTISSIMO
DOMINO**

FRIDERICO GERDESIO,
JCto & Antecessori Famigeratissimo,
Consistorii Regii Directori gravissimo,
Magnificæ Facultatis Jurid. SENIORI,
ac h. t. Decano Spectatissimo.

ut et...

**VIRIS SUMME REVERENDIS, AMPLISSIMIS,
EXCELLENTISSIMIS**

DN. AUGUSTINO BALTHASARI,
S. S. Theol. Doctori longè celeberrimo, ejusdemq;
P. P. primario, Consistorii Regii Præfidi gravissimo,
Ecclesiarum citeroris Pomeraniæ & Principatus
Rugiæ Superattententi Generali emi-
nentissimo.

&

DN. JACOBO HENNINGIO;
S. S. Theol. Doctori celeberrimo, ejusdemq; P. P.
famigeratissimo, Consistorii Regii Ascessori dignis-
simo, Pastori ad D. Jacobi vigilantissimo,
Nec non

15.

16.

17.

Nec non

**VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO
DN. M. JOACHIMO ROSENOVIO,**
Mathem. Professori Ordinario dignissimo, Inclytæ
Academæ Gryphisw. & Amplissimæ Facult. Philosoph.
Seniori, ac h. t. Pro-Decano Spectatissimo.

Atq;

**VIRIS PLUR. REVERENDIS CLARISSIMIS
& PIENTISSIMIS**

DN. M. JOHANNI STEPHANI,
Archi-Diacono ad D. Nicolai Ædium sacrarum
Capiti Vigilantissimo,
DN. M. THEODORO PYLIO,
Dictæ Ædis Diacono Fidelissimo.

Deniq; etiam

**VIRO PRUDENTISSIMO, SPECTATISSINO
& INTEGRERIMO**

DN. CHRISTIANO MATTHIAE,
Reipubl. Gryphisw Senatori dignissimo,
Conterraneo suo suspicioendo,

**DOMINIS PATRONIS, PRÆCEPTORIBUS
ac FAUTORIBUS SUIS MAGNIS.**

Dissertationem hanc Philosophicam,

In studiorum suorum commendationem cum omnigena
Prosperitatis & benedictionis divinæ voto
submisse offeret

Joh. HEINR. HÜBNERUS, A. & R.

153 5.

I. N. J. A. PRO O E M I U M.

Non miranda mirari, & pavere non pavenda; est nostræ naturæ nostræ ingenii conditio. Miramur verâ simplicitate varia Diaboli, mille fraudum artificis, quas callet artes. Pavemus nil sapientes infensissime hostis, quibus miseræ mortalium progeniei imponere atq; nocere anxiè desiderat & tentat, ludibria & præstigias. Verum exim verò penitus paulo rem insipientes, non digna admiratione, non digna pavore ac stupore deprehendimus. Audiamus sapientes Naturæ Indagatores, quibus risui se Diabolus cum omnibus suis artibus etiam subtilissimis exponit; Hi enim sciant, sola naturæ vires superantia miranda esse, non Diaboli opera, quæ naturæ quidem non semper consona, attamen nec supra naturam sunt. Legamus divinissimos s. Literarum Interpretes, qui ex sancto sancti spiritus ore omnes sanguine innocentis Agni JESU Christi redemptos, immunes ab omnibus satane insultibus prædicant. Quid ergo metuimus, ubi nil metuendum? Quin potius præsentis animo, omnesq; Diaboli sive illusiones, sive territamenta rideamus. Huic igitur rei fomenta aliquò modò ministrare nos ansii sumus, dum de Spectris, cœu non ultimo ludibriorum cacodemonis genere, breves quasdam, pro ingenii modulo tractatas. Questiones judicio Eruditorum dextrofissimus, oculis autem simplicium subjecimus. Quod conamen nostrum, quæcunq; etiam sit, quin gratum benevolo Lectori non dubitamus, hoc quasi symboli loco ponentes:

Grandia conentur grandes, Nos parva subimus:

Namq; decet vires noscere qvemq; suas.

Tu autem, DEUS ter Opt. Max. rege hunc nostrum laborem, aliq; coepit, ut longius ac latius iis Regnum Christi propagetur, satane contra imperium magis magisq; collabascat, Amen?

Qvæstio I.

An dentur Spectra?

§. 1. Accingentes nos operi, Qvæstionem 7d' ei ès, non immeritè initio pertractamus: quæ quidem qvæstio, ex gravissimorum Logorum judicio, non nisi dubiis rebus præmittenda, adeoq; hic loci,

A

ubires

15.

16.

17.

ubi res in aptico est, prætermittenda erat; Verum, cùm reperiantur nihilominus, qvi adversantium partes sustinent, & vel in defectu peccant, vel in excessu, haud præter institutum censemus, in ipsam inqviri Spectrorum existentiam.

§. 2. In defectu peccantes è Cordationibus Ethnicis Philosophi quidam fuerunt, qvi (Plutarcho Teste in Dione) an Spectra dentur? dubitarunt; Simulacula enim & nocturnas apparitiones haud apparuisse crediderunt viris bonis & fortibus, sed mulieribus vecordibus, pueris atq; ægrotis. Præter hos Cardanus quoq; in Libb. de Rer. Var. & Rer. Subtil. ambigere de Spectrorum existentia videtur. Sed iis merito optimam vitæ Magistram, Experientiam, & tam ex Sacris quam profanis exempla, qvibus nitimur, opponimus. Ex Sacris in promptu est Spectrum istud Diabolicum, qvod sub formâ Samuelis (nequaquam enim verus Samuel fuit, ut prolixioribus præter Gerhard. in LL. tb. Tom. VI. I. f. 229. & Wierum de Prestigiis Dæm. p. 105. seqq. Balduinus monstravit lib. 2. Cas. Consc. cap. 7. &c.) Sauli apparuisse legitur I. Sam. XVI. Sic & de Spectris Babylonis Esaias testatur c. XIII. & XXXIV. Et in N. T. Discipuli Servatorem, sub crepusculo in mari ambulantem Matth. XIV. 25. 26. item post Resurrectionem obseratis januis in medio ipsorum stantem, pro Spectro habebant Luc. XXIV. 37. Qvibus adde Sap. XVII. 15. ubi Spectrorum, Ægyptum infestantium, mentio extat; & 2. Macc. III. 25. ubi Heliodoro, Seleuci Regis Asiae Ministro, templum Hierosolymitanum Sacrilegè spoliaturo, equus cum formidabili eqvite, qvi impetum in ipsum facturus videbatur, apparuit. Profana verò Exempla & testimonia si desideras, tantus eorum numerus est, ut harum excedant pagellarum angustiam: aliquot enim volumina iis completi possent; Eorum tamen aliqua in sequentibus expecta, qvæ de Spectrorum, ut creditur, existentiæ dubitare neminem sinent.

§. 3. In Excessu verò hic Papæ peccant (1) plurima spectra confingendo: qvemadmodum Bonifacius VIII. Cœlestino antecessori per Canalem, ceu aliquis Spiritus, suggestus, ut aut Pontificiâ sese abdicaret dignitate, aut ecclœ amitteret: Cui cum attenderet & obtemperaret Cœlestinus, mox Bonifacius (qvod in Proverbiis est) intravit ut vulpes, regnavit ut Leo, exiuit ut canis. Cui geminum est, qvod apud Alexandrinos obtigit, ubi, cum Episcopus eligeretur Prolerius quidam; Timotheus Ælurus, nigrō indutus habitu, monachorum cel-

Iulas

155 15

Iulas noctu percepit, & Legatum DEI simulans monuit, ut relicto
Prolerio Ælurum constituerent Episcopum: quod & factum. De aliis
Conf. sledam. Lib. IX. sub Anno 1534. (2) spectrorum naturam per-
versè explicando: pro ipsis siquidem Defunctorum animabus ea ven-
ditant, ut paulo post evicturi sumus Qvæst. III. (3) Varias circa spectra
nugas agendo, vel enim audiunt eadem (quod tamen expresso DEI
mandato Deut. XVIII, 11. Esa. VIII, 19. Luc. XVI, 31. repugnat) vel
interrogant, an & quare sint damnati? num propter libidinem, ava-
ritiam aut superbiam? num propter non præstitam charitatem? num
propter ortam Lutheranorum Hæresin? item quid strepitū suo sibi
velint? an Hæretici (Lutherani) corpus forsan effodiri, & alio trans-
portari desiderent &c. vel Peculiaribus formulis adjurant, de quibus
vid. Reinh. Bak. in Expos. Evangel. Part. I. p. 202. Vel deniq; pellere
eadem student ridiculis admodum remedii. Præter diras enim &
imprecations ferra quoq; , armis , ignes , odores , lapides , aliasq; res
sensibiles interdum exhibent, vid. Schott. Lib. 2. Ph. Cur. cap. xxxvii.
seqq. item reliquiis Sanctorum, aquæ benedictæ, Sacrificio, Missis,
peregrinationibus ad loca Sanctorum, cereis eum effuso oleo, aliasq;
nugis hâc in re multum tribuunt: contra qvæ Conser. Baldwin. Libr.
III. cas. Conf. c. VII. p. 621.

Qvæst. II.

Quid sint Spectra?

§. 1. Prius, qvam ad descriptionem ipsam descendamus, paulo
accuratius vocis Spectri naturam & significationem indagare, non abs
re fore putatus. Originem illa ab obsoleti verbi *specio* (quod est
video) obsoleto supino *spectum* sumit; non secus ac à supino *clausum*
clastrum, item à *sculptum* *scalprum*, *prognatum* esse novimus. Hanc
autem originem consideranti facile surgeret opinio, non, nisi qvæ
oculis subjiciuntur, nomine spectri venire. Verùm mittatur opinio,
latius enim appellatio Spectri extenditur, etiam ad ea Dæmonum
terrificamenta, qvæ aliis sensibus sese objiciunt. Quod infra doce-
bimus *Quæstione VI.*

§. 2. Prætereà sciendum, nomine Spectri interdum gaudere (1)
qvædam, qvæ naturali modò fiunt, ut (a) *ignis fatuus*, qui motu est
instabili, modò enim elevatur, modò supprimitur, modò præcedit,
modò sequitur: cui tamen haud raro Diabolus se immiscet, quod ed-

A 2

com-

15.

16.

17.



commodius hominibus nocere possit. Sæpius enim adivimus, homines noctu iter facientes putasse, se candelas vidisse, in proximo pago lucentes, quas autem si secuti sunt, aberrarunt, & in paludes se præcipitarunt. (β) *Ignis lambens*, qui hominum vestibus & Capillis, eqvorum pilis & aliis, sine noxâ tamen, adhæret. (γ) *Res noctu lucida*, ut sunt ligna putrida, squamæ piscium nonnullorum, lampyrides &c. (δ) *Echus voces*, admodum clarè & distinctè pronuntiatæ, ac nimiùm freqventer iteratæ, qvarum Exemplum vid. ap. Card. Lib. de Subt. Rer. XVIII. p. 955. Morbis (ϵ) etiam nonnullis Spectri nomen competit, ut *Lycanthropæ* (hoc enim morbo correpti, putant se lupos esse, ideoq; Campos & Sylvas petunt, oves hominesq; infestant) item *Ephialti*, qui morbus ita opprimit hominem, ut neq; vox clamore, neq; ullum membrum motione officium facere valeant. Non raro etiam (ζ) Spectris annumerant *vista Ebriorum* qvorundam, qui umbras transbiliunt velut soveas, & canes si viderint, leones arbitrantur; item (η) *res falsè apprehensas*. Schottus enim in Phys. Cur. Lib. II. c. 6. se novisse, inquit, religiosum è Societate suâ virum, apprimè meticulösum, qui, noctu aliquando splendente luna per collegii ambulacrum transiens, Corporis sui umbram in oppositum parietem conspexerit projectum, territus vehementer, qvod Spectrum putaret, sugam meditatus sit; ast generosè se tandem vincens gressum non solum stiterit, sed concitato etiam gradu contra iverit, frontem cum impetu parieti allidens. Deinde (λ) Spectri nomine etiam nominari *artificialia quædam* possunt, qvæ Card. refert Lib. XV. de Rer. Var. c. 86. quando vel Scarabæi, vel Testudines, vel Canceris cæmiteriis cum exiguis candelis sparguntur, aut mortuorum capitibus intra candelæ conduntur, aut locustarum dorsis candelæ annexuntur: cum haæ prosiliant, ignis saltare videtur, aut omnia, qvæ in domo sunt moveri videntur &c. Qvæ singula certo qvodom artificio fiunt.

S. 3. Cæterum de recentis illis differere, nostri nunc instituti ratio non permittit; sed h. l. *Dæmonum apparitiones* intelligimus, sive ille noctu fiant, sive interdiu, sive assumtò aliquò Corpore, s. sine Corpore; sive domi, sive foras, sive in montibus, vallibus & sylvis, sive in Campis, paludibus &c. Haæ nobis sunt Spectra, aliis *Visa*, *ostenta*, *Lemures* &c. Græcis autem *Φάσματα*, *Φαντάσματα* dicta. Qvæ proinde ita describi possunt qvod sint *spiritus mali completi*, vel

in

157

in assumtis corporibus visui, vel sine corporibus, sive sono sive strepitu, auditui se nostro objicientes, variag, loca, bruta, & maximè hominum genus, infestantes.

§. 4. spiritus dum vocantur, memineris, vocem Spiritus bisectam in Philosophia sumi (1) Physicè pro Corpore subtili, qvi Spiritus in vitalem, naturalem & animalem dividit. Pariter & Spiritus vocantur formæ corporis, è crassioribus extractæ materiis, ut Spiritus volatilis salis, vini, &c. (2) Metaphysicè & Logicè pro Substantiâ immateriali, Corpori contradistinctâ; vid. Scharff. Pneumas. Lib. I. c. 1. Posterior acceptio hic locum habet. Quando insuper dicimus Spiritus malos, excludimus bonos, nempe Angelos sanctos, de quorum apparitione non agimus. Dumq; completos appellamus, Defunctorum animæ removentur, quæ in statu separationis sunt Entia incompleta, quoniam cum Corporibus Ens tandem completum efficiunt.

Qvæstio III.

An Animæ Defunctorum viventibus ut Spectra appareant?

§. 1. Negativam sive ambagibus amplectimur. Animæ enim Defunctorum separatae si apparetent viventibus, si ret hoc vel sine Corpore, vel in corpore. Non autem apparent sine corpore, quia tum videri non possent; Spiritus enim, omnis Materiæ expertes, sunt adeòq; nec visu nec auditu percipi queunt. Neq; se sistunt in corpore: hoc enim est vel proprium vel alienum. Non proprium: sic enim sequeretur resurrectio Corporis defuncti (quod tamen placidè in sepulchro quiescit) &, cum denuo separarentur anima & Corpus, homo secundò moreretur. Neq; alienum: qvi enim anima in Corpus alienum agere posset, quæ non nisi in suum agere potuit? Et quomodo in statu imperfectionis hoc præstaret (in quæ incompletæ & imperfectæ subsistit scharff. pneumat. l. 4. c. 2.) quod non potuit in perfectionis sua debite statu, ubi unita cum corpore perfectum Ens constituit.

§. 2. Eqvidem Martinus Delrio Libr. II. Disq. Mag. QD. XXVI. sect. 1. seqq. item Gasp. Schottus in Phys. Cur. Libr. II. o. XIIIX. seqq. non tantum Testimonii Gentilium, Judæorum, Chaldaeorum, Mahometarum, Jutorum, Patrum, Theologorum suorum, Historiorum &c. sed etiam quæm plurimis Exemplis animalium (tam Beato-

A 3

157

15.

16.

17.



quam in cadavere , aut assumto corpore , ab Angelo quodam formato ;
quād Dammatorum , aut in Cadavere , aut Corpore assumto , à Dæmone
formato) interdum honorum operum , interdum Orationis subsidium
petendi ergo , à viventibus visarum , apparitionem probare suscipiunt .
Sed tantum abest , ut à sententiâ nostrâ moveamur , ac fidem Testimo-
niis & Exemplis , copiosè à dictis adductis , adhibeamus , ut potius
omnia ea rideamus , & cum B. D. Balduino respondeamus : certis-
simum esse , animas Defunctorum non redire , sed , quando apparere viser-
sunt , illusiones diabolicae fuisse . Aut enim animæ Beatorum sunt , &
he quiete in manu DEI & non patiuntur tormenta sap. III , 1.
Aut anime Dammatorum in inferno , sed ex hoc nulla est liberatio , nullus
ad viventes recursus , quia magnum inter damnatos & viventes chaos
formatum est , ut ultro citreḡ , commeandi non detur locus Luc. XVI , 26.
Hæc duo tantum loca , cælum nimirum & infernum , post obitum notat
S. scriptura Marc. XVI . Job. III. Et paulo post : Nulla anima , absq;
corpo suo , apud nos oberrare patet , multò minus sonum , aut gemitum ,
aut etiam vocem humanam edere potest : talia enim per organa corporis
sunt : corpus autem in sepulchro jam in cineres redactum , vel aliò modò
corruptum à DEO , non nisi extremo iudicio restituitur anima sua &c.
lib. III. de Cas. Consc. c. VII. consule etiam Gerb. tom. VIII. LL. c. VII ,
§. 160. seqq.

Quæstio IV.

An Spectra cum Corpore visibili appareant ?

S. 1. Ad hanc quæstionem maximè affirmando respondemus ,
tot tantisq; apparitionum Dæmoniacarum Exemplis illam confirmantibus . Nullum igitur præter hæc probationis argumentum appone-
mus . Et quidem primò observari meretur quod gloriosissimi etiam
DEI apparitionem mentiri veritus non sit nequam ille Spiritus . B.
Martino Turonensi Presbytero (ut in vitâ ipsius legitur cap. 25.) oranti
aliqvando purpurâ tectum , diademate gemnis & aurô ornatum , se-
renâ fronte & ore lato , apparet Spectrum , agnoscere me , inquiens ,
Martine quem certis ; Christus Ego sum : iteranti autem poscentiq;
orationis cultum , Episcopus deniq; Ego Christum , respondit , nisi eo
habitu , formâq; , quâ passus est , nisi stigmata crucis ferentem , venis-
se non credam . Quò auditò Dæmon satorem , indignationis sue in-
dicem , post se relinqvens tērrimum , disparuit .

S. 2. De-

159

§. 2. Deinde *Hominis* etiam formā induitā, ceu deceptioni commodissimā, sēpe viventibus apparuisse Spectra, apud omnes constat. Interdum enim integri Spectrorum Exercitus vīsi leguntur. Sic resert schott. l. c. c. X. ex Joh. Trithemiō, non longē à Wormatiā multis diebus ac noctibus maximam armatorum & eqvitum & peditum mutuū dinem observatam esse: qvam ipsam Historiam Christ. Besoldus factus Lib. de Vita & Morte p. iii. ex Nicolao Leonico adduxit. Sēpe etiam imagine hominis certi alicujus & noti, jam mortui jam viventis, jam Viri jam fēminæ; sēpe incerti & ignoti hominis specie, nunc monstrosi nunc perfecti, nunc viri nunc fēminæ, nunc pueri nunc senis, Spectra visa, hinc inde apud Autores legere est. Wierus lib. I. de Pr̄st. Dem. p. 84. memoratu dignam, simul & horrendam, historiam memorie prodidit, tibicen quidam, inquit, Hammelæ ad elicendos mures conductus, sequenti rependit facinore ingratitudinem, cum illi ex pacto non satisficeret. Nam An. 1284. d. 25. Junij bunc tibicinem (Omnicolorem nuncupatum ob vestis varietatem) centum & triginta pueri Hammelæ nati sequuti sunt, & calvariae sub monte, Roppen dicto, perierunt. unus superstes relictus narravit. Plura qui desiderat Conf. Gas. Schott. l. c. Delr. lib. c. Baldwin. Lavater. de spect. & Lemuribus. Joh. Georg. Godelmann. Trad. de Magis & Beneficiis deḡ bis recte puniendis, qui 4. Exempla cap. i. adduxit, qvæ legens obstupesceres & comæ starent, ob prolixitatem evitandam à nobis omissa.

§. 3. Brutorum qvoq; sub formā non raro Spectra conspecta esse, vel millibus posset demonstrari exemplis. *Canis nigri* effigie Spectra arcas divitiis resertissimas custodivisse, Cardanus habet Lib. XIX. de Subt. Rer. p. 968. *Serpentum* præterea, *Draconum*, *Arenarum*, *Bufo-num*, *Corvorum*, *Cornicum*, *Vespertilionum*, *Merularum*, & *passerum*; *Leonum* itidem, *Equivorum*, *versarum*, *simiarum*, *Astinorum*, *Hircorum*, *Luporum*, aliorumq; specie, hominibus illusisse, imposuisse, molestiam creasse, variaq; damna intulisse, experientia testis est, & adductorum Scriptorum Autoritas. Hoc interim mirandum, & divinæ omnino Providentiæ ascribendum, nusquam, Spectra *Agni* aut *Columbae* specie abusa, legi; forsitan ex voluntate DEI non permittente (ceu loquitur Reyherus in Margar. Philos. p. 84.) ut duas hasce creaturas, quarum altera Salvator, altera Spiritus S. adumbratur, ad defraudandos homines adhibeant pessimi Spiritus; vel voluntate propriâ, qvia tantopere à DEO

15.

16.

17.



à DEO abhoffent, ut quamcunq; ipsius notam vel similitudinem refellant, & pessimè aversentur. Carent hæc animalia dolo, ut prædicat schol. l. c. p. 288. ex ore Deltij.

§. 4. Plantarum deniq; imaginibus nonnunquam se Spectra occulasse, ex Exemplis apud Autores citatos citatis, qvæ nos brevitatis studi- osi studio omisimus, manifestum erit. Prolixiora interim desiderans adeat, velim, Job. Præterii Anthropodem. Plutonicum, ubi de variis Spectrorum assumtis formis per integrum tractatum ex instituto agit.

Qvæstio V.

*Qualia sint Corpora, qvæ Spectra induunt, & quomodo
in illas agant?*

§. 1. Diximus modò, vel hominum, vel brutorū formis præcipue Spectra apparere, nunc, *qualia sint corpora, in quibus se sistunt?* subjungendum. Ea proinde vera & realia esse, in dubium nemo facile vocabit. Ast, an animata & viventia sint? non immerito disquiritur; ad qvod tamen facilis responsio: namq; aut cadavera aut ex alia materia formata Corpora sunt. Cadavera qvæ assumunt, vel hominum sunt, nondum sanie l. tæbe confecta; vel brutorum seu vera Corpora qvæ celerrime aliunde adducunt, sive iidem cadavera. Ut plurimum Corpora ex aëre, alijsq; partibus igneis, terreis, vel vaporibus aut exhalationibus spissoribus, aptis suis structuris ab ipsis efformata sunt; qvæ commixtione faciliter membra conglutinare, condensare & colores exprimere malignus Spiritus valet. Eadem verò Corpora, qvod ex aëreā constant Substantiā, facile rarefieri, condensari, ac proinde dilatari ac spissari, Dæmonis ope, possunt. Calefieri autem non facilè possunt, d. frigida plerumq; existunt, ut Exempla apud VVier. lib. I. de Præst. Dæm. c. 13. & Francisci in der Schaubühne part. I. p. 931. seqq. commonstrant. Causam rei si exposcis, illam reddit curiosus schott. loc. cit. Cap. XXXII. qvod cadaveribus assumtis tempore aliquem communicare Spectra non sufficient, nisi à DEO hoc præstare ipsis concedatur; hæc enim permittente facit Diabolus, qvod potest, prohibente autem hoc, qvod potest, non facit, ut præclarè Gregor. loquitur.

§. 2. Qvomodo autem in Corporibus assumtis agere possint, restat ut dicamus. Forma Corporum horum non est *informans*, qvoniā non essentialiter, sed accidentaliter tantum Spectra cum his unita sunt; verum *assistens* saltem, neq; secus ac nauta navem gubernat, Spectra

161 5.

Spectra regunt Corpora assumta, scil. non motu vitali, sed locali. Facile proinde cuique patet, omnes Spectrorum actiones, respectu ipsorum, non vitales esse nec veras, quoniam ab animato Corpore non proficiuntur. Si insles, qvod tangent, erant, verberent &c. noveris, vel aere vehementius concitato, vel aliis Corporibus id praestari. Hinc & sermo, risus, tumultus, clamores, strepitus &c. qui à Spectris sunt, non sunt verè & univocè tales, quippe ad qvos edendos anima reqviritur, partes Corporis ceu instrumenta informans. Sermone quidem ut plurimum illò utuntur, qvò regionis illius incolæ, ast & hunc tanquam humanæ voci similem in aere producent. Non enim loqui propriè & vitali actione dici possunt, haud secus ac si quis artificiosè instrumento qvòdam, vel tibiæ vel tubæ, sonum vocis humanæ exprimit; vel uti valles cavæ exceptam & repercuttam vocem articulate admodum reddunt. Maximè autem hoc fit ex aëris collisione & arte subtili præstigiatoriæ. Vid. Delr. Disq. Magic. Lib. II. p. 28. Sect. 3. schott. loc. cit. C. XXIX. seqq.

Quæstio VI.

An Spectra præter Visum, etiam Auditui & Tactui objiciantur?

§. I. Assumto Interdum Spectra apparere Corpore, paulò ante constitit; supereft, ut ordine servato definitionis nostræ, an spectra etiam sine Corpore percipi queant? ostendamus. Scilicet malignus ille Spiritus, uti variis modis misero mortalium generi terrores incutere tentat, ita & sèpius id præstat, objiciendo se (1) Auditui. Notum est, in Domibus, qvæ Spectris obnoxiaæ, interdum exoriri horribiles sonos, risus, cachinnos, gemitus, ejulatus, strepitus; interdum etiam Inhabitantes noctu, ollas patinas & mensas subverti, & per scalas dejici, audire; candelâ autem accensâ, vel sole exorto, nihil loco motum deprehendunt &c. Sic Card. Lib. XIX. de Rer. subt. ex Erasmo Rozerod. de Oppido Schiltach, 8. milliaribus à Friburgo distante, dæmonis fraude Anno Christi 1533. 4. Id. April. die Jovis ante Pascha, in cineres redacto, memoratu digna refert: Dæmon, inquit, sibilo signum dedit è quadam parte adiunctorum. capo, suspicans esse furem, ascendit, & neminem repexit. sed idem signum ex altiore cœnaculo redditum est. Et hoc concendit capo, furem persequens. cum nec illuc quisquam apparet, sibilus auditus est è fastigio fumarii: illico

B

tetigit

15.

16.

17.



reigis caponis animum, esse Demoniacum quiddam, unde suos justit
esse praesenti animo. Acciti sunt sacerdotes duo, & adhibitus exorcismus:
ubi respondit, se esse Demonem. Rogatus, quid illic ageret? ait, se
velle exurere oppidum. Mimitantibus sacrificiis, respondit, se pro
nibili ducere minas illorum, quod alter esset scortator, uterque fur. Et.
Atq[ue] hinc paulo post totum oppidum conflagravit. Cluverus etiam
lepidam quendam Historiam, quae in Rugia Insula, circa lacum pro-
fundissimum, olim evenerit, annotat, quam vide Lib. III. Germ.
Antiq. c. XXVII. f. 207. & apud Micral. Lib. I. Chron. Pem. p. 20.
Observes autem, quod Spectra, uti videri, ita & audiri saltem ab iis
possint, à quibus volunt: aliis verò, à quibus nolunt, impedimenta
adserunt, quod minus Species ad oculum vel auditum ipsorum perse-
rantur. Vid. Francisci Schaubühne Part. I. p. 909. 910.

§. 2. Tactui autem (2) quibus quamq[ue] variis modis objiciantur
Spectra, annotat in Phys. Cur. Curiosus Schottus lib. 2. c. 28. nempe
aliquando sine ulla Corporis lazione: aliquando tactos protrudunt
& præcipites agunt: aliquando urunt, verbera infligunt: aliquando
ipsam necem inferunt: aliquando non corporibus tantum sed & bonis
fortunæ incommodant: aliquando deniq[ue] ad stupra compellunt.
Quæ singula egregiis ibidem Exemplis illustrantur. Inter quæ & hoc
reperire licet: meminit, se & audivisse saepius, & legisse apud Joach.
Rheticum de quoddam, mirabilem Planetæ Martis motum cognituro,
qui Diabolo se devoverit, si eò deserretur, ubi rem propè inspicere
liceret: his cogitationibus ac desideriis intentus, cum in cubiculo suo
sedet, à Spiritu quodam arreptus capillatio cubiculi tholo alliditur, ac
ter quaterve circumactus in terram, cum impetu deturbatur, his additis
verbis: sic est motus Martis. Quomodo Stupra intentaverint Spectra,
ex Thyræ exemplis duobus monstrat, altero Incubi, altero Succubi,
quorum illud Bonna in Diaœsi Colonensi contigit, hoc Prumiæ in
Eifliâ. Bonna, inquit, cum quidam filie sua pudicitia timens, illam
in solario domus sua, si quando exiret, includeret; spiritus in forma
adolescentis ad virginem ingressus, cum illa rem habuit. Egerrimè
volit illa se à spiritu deceptam, tantumq[ue] non in furorem rapiebatur.
Pater filia casum miseratus, ut in posterum à spiritus molestia libera
esset, ipsam alio misit. Apparet mox Dæmon Parenti, uxorem suam
repetens, & stomachabundus ita peccus ipsius percusit, ut post sam-
guinis

163

gravis vomitum tertia die expiraverit. Primum verò non foemina, sed vir Diaboli versutias expertus est; verum tamen justa sua culpa. sollicitaverat ille pueram, ut ad se intempesta nocte veniret, libidinis explenda causâ. Venit, non illa, sed in illius formâ spiritus nequam, fedum concubitum perfecit, qvâ de re plura Qæstione XII.

Qæstio VII.

Qvibus in locis Spectra tumultuentur, cur etiam & quo tempore?

§. 1. Qvamvis nulla fermè loca reperiantur, in qvibus non aliquando Spectra apparetant, sunt tamen in specie qvædam, qvæ præ cæteris infestantur. Hæc autem sunt vel publica, vel privata. Publicis annumerantur Templa, Cæmiteria, Mönasteria, Curiæ, Thermæ, Balneæ, Deserta & Solitudines, Campi, Sylvæ, Montes, Paludes, Flumina, Maria, Stagna &c. Privata loca, in qvibus haud raro Spectra conspi ciuntur, sunt Arcæ, Domus, Fundi, Horti, Fodinæ & Specus Subterranei, loca ubi prælia commissa, it. ubi manent crudeles homicidæ &c. Hoc assertum exemplis probare, supervacuum ducimus, qvandoqvidem & qvæ jam retulimus satis illustrant, & plura (qvæ apud schott. & Delr. videri possunt) avido Lectori ex voto satisfacent.

§. 2. Videre autem operæ pretium erit, qvam ob causam maximè spectrorum tumultus fiant? Observari plerumq; solent (1) ubi cada vera qvædam inhumata relicta sunt. Exemplum habet Plinius secund. Lib. VII. Epist. XXII. de ædibus qvibusdam Athenis, in qvibus macilenta & ingens umbra catenarum stridore, qvibus vincita videbatur, reperta sit, qvæ post sepulturam cadaveris cesserit. Interdum (2) ubi absconditi Thesauri & pecunia. Sic Wier. Lib. I. de Prest. Dæm. p. 85. de Benedicto VIII. Pontifice, eqvo nigro post mortem vesto, memorat, interrogatum, cur eqvo tali veheretur? respondisse, & rogasse simul hominem, ut pecunias, qvas occuluerat in certo qvadum loco, pauperibus suo nomine erogaret &c. Vid. & card. l.c. Lib. XIX. p. 908. Cum primis verò (3) ubi irritus & falsus DEI cultus viget; Sic nusquam majorem Spectrorum frequentiam leges, qvam in Papatu, qvoniam Spectrorum apparitionibus Purgatorium, qvod singunt, stabilitnr, & Historiam aliquam de Spectris legens, ut plurimum in Papatu accidisse, reperies. Contra ubi piorum Evangelij verbum docetur, ibi ejicitur Dæmon. Cum Philippus in Samaria

B 2

prædi

15.

16.

17.



prædicaret Evangelium, evanuit magna illa virtus Simonis Magi
Act. VIII. Pariter & (4) in locis immundis, ubi varia perpetrantur
Scelerata, & deniq; (5) ubi raro visuntur homines (vid. Et. XIII, 20. 21.)
non raro Spectra conspici solent, &c.

§. 3. Ad tempora qvod attinet, perinde iis est, sive interdiu sive
noctu apparet, noctem tamen potissimum apparitionibus suis ele-
gerunt, ut docet Experientia; hocq; ideò, qvod, cum male agant,
lucem oderint.

Quæstio IX.

Num Spectra Bruta & Homines, & quos infestent?

§. 1. *Bruta* etiam ab insultibus Dæmonis non esse immunia, nemo non ignorat: sæpe enim equisones equos in stabulis experientur hinnire, recalcitrare. Vaccæ à Spectris agitata boare, cornibus ferire solent, quasi cum Spectris luctarentur. Sæpe, sub specie Lupi, ovium greges & alia armenta insectari Spectra & fatigare, testes sunt horum custodes. *Hominibus* autem Eadem nocuisse, ex Exemplis jam adductis satis patebit. Unicum his superaddemus, qvod Spandoæ in Marchia, Patriâ meâ dulcissimâ, Año 1594. contigit, ubi Spectra interdiu apparuerunt, & noctu homines terruerunt, allocuti sunt, sparserunt nummos, Specula, Cingula, Serta, Chartas, quas qui attigere, instar Dæmoniacorum in rabiem versi sunt. *Baldwin*. Histor. Lib. III. de Cas. Consc. c. VII, p. 611. consignavit, & ipse Ego, dum Spandoæ studiorum ergo agerem, sæpe relatam audivi: Turris (jam pulvrem pyreum conditum habens) prope portam, incolis à Suburbio Stresow dictam, quæ Diabolo vice tabernæ fuit, adhuc hodie ostenditur.

§. 2. Præ cæteris autem Spectra immorigeris & in Parentes injuriis, detrimenta parare, exempla comprobant apud *VVier*. I. c. p. 82. 83. Nero etiam postquam Agryppinam Matrem interfecit, ubiq; Spiritus infestantes concomitantes & subseqventes habuit, & nunquam (ut *Suetonius* ait) sceleris potuit conscientiam ferre: Sæpe confessus est, se specie maternâ exagitari, atq; verberibus furiarum ac ardentibus tædis. Spectrorum etiam crudelitatem experiuntur, qui in innocentes crudelitatem exercent *Baldwin*. I. c. p. 620. Execratores vim Satanæ quin sentiant, non dubitabit, qui Exempla apud Godelmann. loc. cit. aliaq;

15

aliasq; plora alibi conseret. Morientibus deniq; adstare Spectra, testis
est card. I. XIX. de R. S. p. 977. Sed pii omnia Spectrorum ludibria
pili faciunt ridentq; , qui enim Deum timet , nil trepidabit nec pavet.
qyoniam ipse est spes ejus Sir. XXXIV, 16.

Qvæstio IX.

An Spectra hominum Corpora in lupos , feles , aliasue bestiam
transmutare valeant ?

§. 1. Realis & vera corporum transmutatio an spectris adscribi
possit ? est , qvod hic loci potissimum disputamus. Adfirmare hanc
ausi sunt Gentiles quidam , apud spinicum de strigib. p. 591. seqq. Remig.
Dæmon. p. 227. Beyerling. in theat. f. 300. Lit. L. allegati. Neque
mirum , cum propter hypotheses (qvibus (α) metempychosis statu-
erunt , it. (β) homines & bruta sapientia Deificari , ut & (γ) Defunctionum
manes non saltē suā , sed & brutorum formā , è sepulchrī evagari ,
asseruerunt) dilabi facile ad hanc absurditatē potuerint. Sed qvod
iis etiam ē Christianis adstant Spontanus ad Homeri Odys. p. 137. seqq.
& Pomponatius de Incantam. p. 275. seqq. mirari subit . Bodinus
eqvidem Dæmon. p. II. c. VI. & in confut. VVieri p. 767. ut & Fried-
richus in oratione de Lycanthropis p. 41. seqq. causæ suæ diffisi , mode-
stiores paulò videri cupiunt , dum , Substantiam hominum in bruta
transmutationem à se statui , inficias eunt : Verūm conferent eosdem
II. cc. patebit , qvod , licet cum aliis totalem non afferant transforma-
tionem , qvā torus homo in bestiam verè mutetur , partialem tamen
sue semisubstantiam , qvā Corpus hominis in Corpus bruti , salvā
manente animā , verè convertatur , omnino defendant. Sed iis , quo
ad stipulari minus possimus , obstat , qvod ejusmodi transmutatio super-
naturalis sit , adeoq; soli DEO , non Diabolo , conveniens & possibilis.

§. 2. Exinde tamen prorsus negari transmutatio non debet , aut
cum Paulō Æginetā (apud schott. l. c.) aliisq; prætendi , qvod omnis
in historiis reperta metamorphosis , atra bilis excessu & morbo , qvē
Medicis Lycanthropia audit , contigerit. Etiam si enim aliqua exempla
de hoc morbo , plurima tamen de Diabolica transmutatione intelli-
genda sunt : illa præsertim innuo , quando homines non sibi solum ,
sed & aliis , Feles , Lupi , Bufones &c. vili sunt , de qvibus Bodinus
Dæmon. à p. 326. ad 357. Remig. Dam. p. 224. Schottus l. c. p. 84. seqq.

B3

conferrit

15.

16.

17.

165



conserri merentur. Ejusmodi autem Diabolica transformatio cum
vera non sit, pro *apparente & præstigiosa* habenda est; eaq; rursus vel
Integrali, qvà integer homo in *brutum*, vel *Partiali*, qvà membra
aliquot in partes brutinas, transformari videntur. Posterioris generis
illusiones de *Zytone Bohem* plurimas recenset Dubravius *Lib. XXIII.*
Mist. Bohem. p. 192. qvod convivis Regis variè illudens, modò manus
ipsorum, ne ad patinas porrigerere valerent, in pedes boum, modò in
ungulas eqvorum transmutaverit. Cætera autem, qvæ ibi de *Zytone*
copiosè refert, Germani nostri D. Fausto (cujus, historia nescio an
fabula, notissima est) vulgò adscribunt. De prioris generis trans-
mutationibus uberrimam messam metere qui vult, apud *Historicos*
potest v. gr. olaum M. *Lib. XIIIX. c. XLV. XLVII. Camerar. Cent. I.*
Hor. succis. p. 278. VVier. lib. 4. de Prestig. Dam. c. 23. &c., qui instar
omnium erit, schott, in *Phys. Cur. Lib. I. c. XXVI.*

S. 3. Cæterum, qvot modis præstigiosa hæc transmutatio exer-
ceatur, accuratè definiri vix potest. *Mugio* *Ex virtus* enim Diabolus est,
variisq; hominem modis illudit. Prout tamen exemplis edocemur.
principiè (I) ejusmodi Lycanthropos altò somnò detinere, iisq; dormi-
entibus Phantasiam corrumpere consuevit, ut in lupos, seles &c. trans-
formatos, & beluina effecta producere sese credant; cum tamen ipse
Diabolus vel immediate nudà effascinatione, vel mediatè alterius
Corporis applicatione, omnia perpetret. Ita præter *Augustin.*
Lib. XVIII. de Civit. D. p. 591. seq. *Bald.* l.c. p. 556. *Sperl. Inst. Phys.*
p. 226. *Camer. Cent. I. Hor. succis. p. 228.* *Peucerus de Divinat.* p. 282.
284. aliiq; sentiunt. Exemplorum autem numerum non iimus, cum
ipse numerus yetet. Sed insuper (II) vigilantibus etiam sæpe numero
illudit cacodæmon, eorumq; Phantasiam corrumpit, ut & ipsi (haud
tamen sine permissione divinâ) bruta se esse putent & adspicientibus
qvoq; ita apparent. Vid. *Spineus de strigib.* n. 581. *Stengel. de Monst.*
p. 507. 508. *Sprengerus in Malleo Malef.* part. I. à p. 142. ad 151. &
p. 299. seqq. *Voëtius p. I. Disp. Theol.* p. 938. Hunc tamen transmu-
tationis modum cave (α) confundas cum Lycanthropiā morbosā :
uti enim hæc duo *causa efficiente*, qvæ in morbō istō Natura, hic
verò Diabolus est; ita & *circumstantiis* differunt, cum Lycanthropi
alli in bestiam versi aliis nunquam videantur, qvod tamen hic acci-
dere, exempla probant. Neq; (β) eundem universalem, omnibusq;
congruum

15

congruum exemplis, cum Wiero Lib. II. de Praef. Dem. c. XXVII.
& Lib. V. cap. X. & XI. pronuncies. Obstant enim, quæ sequuntur.
Etenim (III) magum interdum velocissimè, summovere, seramq;
ac brutum ejus loco substituere, insensibiliter novit Diabolus, hisq;
officiis, ita dementare hominem, ut conversus in bestiam videatur.
Cui asserto cundis in Not. ad Hutter. Loc. V. q. 17. p. 411. & Bald.
.c. lib. III. c. V. p. 555. favent, it. Voët. in Disp. select. part. I. p. 938.
stengel. l.c. p. 508. & Delr. l.c. p. 118.

§. 4. Freqventer etiam (IV) sagis bestiarum pelles & exuvias sic
à Dæmone aptissimè accommodari, ut Spectatores veros se Lupos
videre credant asinosq; &c. cum Henr. Nicol. de Mag. Act. p. 138. seqq.
Vossius de Idolol. p. 946. Stengel. de Monst. p. 497. & Voët. l.c. exi-
gitant. Tandem (V) Pessimo Spiritui insolitus non est, sacerdiam
ex aere compresso belluae imaginem producere, eataq; ita Mago suo
aptare, ut capiti caput, os ori, ventri venter, pes pedi omniaque
membra membris respondeant. Eam Vossius de Idol. p. 946. Sennertus
de Inst. Med. l. 3. p. 300. & Spineus l.c. p. 505. opinionem sovenit,
Exemplisq; stengel. l.c. p. 471. & Delrio Disq. Mag. p. 188. compro-
bant. Atq; h. m. non miraberis, si vulnere, quod Corpori mentito
nonnunquam infligitur, etiam ipsi magi conficiantur. Alias autem,
quories ipsis quiescentibus Diabolus eorum vicee implet (ut paulò
ante monstravimus) tum vulneribus, sibi incassum illatis, domi con-
sauciatis ipsorum Corpora; iis sc. partibus, quæ parti cuivis in Corpore
lupi, felis, busonis &c. sauciati respondent. Conf. Gerh. Rem. VII.
L. L. Theol. th. 157. Slevogt. in Disp. phil. p. 844. &c.

Quæstio X.

An, ut homo abduc vivens eodem tempore sit in diversis locis,
spectra possint efficere?

§. Pro affirmativa quidem sententiâ Exemplis permultis pugnante
adversæ partis Socii. Sic Schott. l.c. lib. I. c. XXV. ex Origene refert
Pythagoram eodem tempore in duabus arbibus esse conspectū; Reren-
gerum Magum eadem nocte & Romæ fuisse, & in Turonensi Ecclesiâ
lectione decantasse &c. Sed nos Dæmoni hoc denegamus, quippe quæ
supernaturalia non potest. Idem numerō autem corpus, ut in diversis
locis eodem tempore præsens sit, præstat posse, naturæ vires superat.

Præterea

15.

16.

17.

167

Præterea nunquam Corpus novum occupat locum, qm̄ veterem defecrat. Qvando autem ejusmodi Exempla, prout memoravimus, contingunt, per præstigias & oculorum illusiones fiunt, ut ii, qvi alibi erant, esse videantur ubi non erant: Vel, ut schott. l. c. rem explicat, Dæmon absentes, in assumto ex aere Corpore, repræsentat.

Qvæstio XI.

An Spectrorum aut Dæmonum ope Sagæ ad montem Bructerorum, aliaq; conventicula, verè transportentur; an verò Satane saltem lusus meraq; præstigia sint?

§. 1. Ultriusq; sententiae Patroni à multis retro seculis accersi huc possunt, & reperire eos licet apud Voet. in Disp. select. p. I. p. 948. Bened. Carpz. in Pract. criminal. p. I. q. 48. n. 22. 57. & Delt. in Disq. M. Lib. II. q. XVI. Nos autem, regiâ seu mediâ incidentes viâ, interdum Φαινούμενως s. apparentor hoc fieri, ac justò Dei judiciò Diabolum ministris suis, vel Phantasias turbando, vel Soporiferas potiones propinando, aliisve mediis, illudere, concedimus. Experientia siquidem testatur, qvod Sagæ, conventiculis Satanis interesse sibi visæ, profundo somno oppressæ, domi in cubiculis jacuerint, & tamen cum evigilarent, de epulis, tripudiis, aliisq; deliciis Satanis, egregiè nugatae fuerint. Interim verò, qvod interdum etiam hircis, felibus, baculis, furcis &c scopis insidentes Sagæ, ope familiarium suorum Dæmonum, unguentis stigiis perlita, ceremoniisq; ludicris consecrata, verè & realiter anima & corpore, (non solà anima è corpore eductione, ut Bodinus defendere satagit lib. 2. Dæmon. c. IV.) ad comitia nocturna deportentur; omnino arbitramur.

§. 2. Præterquam enim, qvod possibilis ejusmodi transportatio Diabolo sit (ut partim ex Dan. XIV. 35. 38. & AG. VIII. 26. 39. 40. præsupposito, qvod eadem malorum Angelorum, qvæ bonorum potentia sit, nihilq; ipsis per lapsum de Naturæ dotibus perierit; partim ex Matth. IV. 5. 8. manifestum est) etiam Exempla apud Remig. Lib. I. Demonolatr. c. XIV. seqq. Delr. Disq. Mag. Lib. II. Qu. XVI. schott. l. c. & alibi passim obvia, evidenter nos edocent, qvod interdum etiam actu & verè eandem DEUS exercere Diabolo permiserit. Testantur id curiosi quidam, Satanæ pacto non obstricti, qui unguento, aliisq; lamiarum ceremoniis adhibitis, in consortio Sagarum vigilantibus oculis

15

oculis abducti, conventicula & epulas viderunt, & in pœnam curiositatis illicite magno deinde periculo, immo sauciati plerumq; domum repedare coacti sunt. Restantur illi, qui iter facientes conventibus Diabolis superrvenerunt, notas quasdam mulieres observarunt; Disparate cœtu, relicta ab iis per oblivionem argentea vel ænea vasæ acceperunt, maritisq; sua esse agnoscentibus, restituerunt; & vestigia tandem saltantium dæmonum hominumq; Magistratui ostenderunt. Conf. Schott. l. c. C. XXIII. p. 68. & 78. & Delr. l. c. p. 283. seqq.

Restantur deniq; ipsæ Sagæ, qvæ, eidem conventui se interfuisse, in & extra tormenta fassæ sunt, ac unum idemq; unanimiter pronunciârunt, ne in minutissimis quidem discrepantes circumstantiis. Nunquam verò ut haud absurdè colligit Schottus l. c. p. 78. tanta erit omnium, locis ac temporibus dispositarum studiisq; disjunctissimarum, Consensio, cum non sit eadem omnium temperies, nec eadem cerebræ & Phantastæ Dispositio: sine quibus tamen Dæmon non illudit.

§. 3. Neq; asserto huic quicquam officit, quod Dissidentes impossibile esse, urgeant, ut brevi momentò corpus grave multa passuum millia percurrat: Cum haud dubiè disruptur, & ipsæ sage, adeò violenter per aerem raptæ, prorsq; exspirarent: quemadmodū alias secundum naturam paulo concitatius currentes anhelitum sustinere queant. Etenim hoc tantummodò in iis, ubi omnia naturaliter se habent, procedere perpendendum est. Hic verò Diabolus violenter, pernicissimè ac vehementius, quam moveri ab ullo unquam corpore queunt, corpora moverunt. Neq; ex hac motu vehementià Sagorum verenda est Disruptio aut Suffocatio, cum aerem istum ubi transitus futurus est, hindere ac reprimere ita noverit Diabolus, ut nec anhelitus impediatur, nec membra solvantur. Hinc Libavius p. I. singular. p. 324. Striges motu illo dementari existimat, ut ecstasi patientur, donec ad locum propositum pertingant: tempore autem ecstaseos vel nullam fieri, vel minimam respirationem. Immo Jacobus, Anglie Rex, Lib. II. Dæmon. c. IV, Præstigiatores hosce motu diuturniore non ferri, arbitratur, quam quantò halitum intra se continere queant. Plura quæ obstat sententiæ nostræ videntur, ipsi conflictui reservabimus.

Quæstio XII.

An Spectra cum hominibus concubant, & generent?

§. 1. De duobus quæritur; prius ergo quod attinet, concubere

C

Dæmones

15.

16.

17.

169



Dæmones posse cum hominibus , partim *phantasticè* , partim *realiter* ,
qvando assumto aliquo Corpore congressus fit , facile concedimus ,
idq; iis , qvi apud *Nic. Remig. Lib. I. Dæmon. c. VI.* contrarium tenent ,
opponimus . Posterius autem , qvod proles nasci ex Spectris possit (qvæ
Mart. Delrii Lib. II. Disq. M. quæst. 15. it. *Paul. Grillandi tract. de*
sortileg. q. 7. n. 12. & *Bodini lib. 2. Dæmonom. c. VII.* sententia est)
plane negamus . Spectra enim , qvod ex Definitione , supra *Quæst. II.*
exhibitæ , patet , Spiritus sunt : Spiritus autem uti Corpus Naturale
non habet , ita nec organa procreandi possidet , nec procreare valet .
Et , si vel maximè aliunde Corpus assumeret , & in eō Succubum ageret ,
femenq; hâc fraude Viro aut aliunde ademptum , mulieris alicujus , cui
post incubus effectus , sinui in ipso actu instillaret ; non tamen generatio
ex hoc fieri poterit . Semen enim extra naturalia sua receptacula emis-
sum , & non simul in genuinum locum muliebrem immisum , statim
calorem , Spiritus , & consequenter ipsam formam , amittit . Nec
Diabolus semen prolificum viri tantùm celeritate perferre ad commi-
scendum muliebri femini potest , ne id in viâ spiritum vitalem & calo-
rem , sine quo tamen nulla procreandi facultas , amittat , eruditè JCtus
consummatissimus B. Dn. Carpzovius in Pract. Crim. P. I. Q. 49.
num. 39. & Quæst. 50. num. 66. differit .

§. 2. Qvando autem Sagæ gravidarum affectiones sentire , item
partus doloribus se affectas , aut parere se credunt ; mera glaucomata
sunt à Diabolo ipsis objecta . Plura hac de re differere nobis non licet ;
parcimus enim merito cùm pudicis auribus , tūm nobismet ipsis ,
qvippe qvorum juventutem , hæc omnino dedecere videntur . Conser-
interim *Job. Georg. Godelmann. tract. de Mag. & sag. rectè puniendis*
lib. II. c. V. *Sperl. Instit. Phys. Lib. II. c. XIV. q. II.* *Wier. Lib. II. de*
Præst. D. c. 39. & 42. &c.

Quæstio XIII.

An Spectra etiam futura prænoscant ?

§. 1. Id non immeritè disquiritur : Spectra enim interdum
futura prædixisse , qvibus exactè eventus respondit , multæ testantur
historiæ , hinc inde apud Autores obviæ . Nos qvomodo id obtingat ,
paucis tantùm delibabimus . Olear. in *Leg. Pers. Anno 1637.* ridicula
de Persis observavit , credere nempe simplices hos , *Diabolum unum*
super altero stare erectum serie longissimâ , usq; dum ad cœlum supremus
contingat

15

contingat (Corporeos enim credunt Diabolos , & statura humana similes :) Hunc consilia superum furtim auscultare , donec D E U S advertat iniquum , & dejectat supremum istum . Contingere autem dejectionem ejusmodi putant , quotiescumq; stellam vident cadentem ; hanc enim , Dæmonem illum perturbatum esse , pronunciant . Unde & meteoron illud consipientes in genua mox prolapso , DEO gratias agunt , qvod inimicum impediverit , præcipitemq; dederit . Verum simplicitati hominum hoc dandum .

§. 2. Nos potius Spectra futura prædicere posse asserimus , tamen ob summam , quam ex diuturna sibi observatione compararunt , experientiam ; tamen ob naturæ suæ Subtilitatem , Angelicq; ingenii acumen , qvō optimè , & longè certius hominibus , rerum naturalium causas norunt , earumq; impedimenta . Aliquando , ut loquitur Augustinus de Divin. Dæm. c. 5. qvæ naturalibus signis futura p̄uenoscunt , qvæ signa in hominum sensus venire non possunt , ante prædicant : tamen deniq; ob agilitatem & sensu acrimoniam . Omnis enim spiritus (i. e. Angeli & Dæmones) alest est , inquit Tertullianus Apol. advers. Gent. c. XXII. igitur in momento ubiq; sunt , rotus orbis illis locus unus est , quid ubiq; geratur , tamen facile sciunt , quāmenunciant . Plura vid. apud Bald. lib. III. cas. Conſo. c. 2. cas. 2. Schaff. Encycl. lib. III. cap. 4. Wier. lib. I. de P. D. c. 9. Delt. Disq. M. Lib. IV. c. II. Q. 2.

§. 3. Ne verò ad absurdum hæc trahat quispiam , discernenda probè sunt Futura . Nonnulla enim à causis naturalibus & necessariis , alia contra ab agentibus liberis dependere novimus . Ex qvib; priora saltem Spectrorum notitiae (qvānam & hæc positâ conditione , nisi impedimenta inferat omnipotens DELUS) patent . Qyoad posteriora autem , (ubi an cogitationes hominum quoq; spectris constent ? disceptari plerumq; solet) distingendum esse censentes , inter cognitionem à priori (sive , ut alii , immediatam) & à posteriori (aliis mediataam) hanc saltem illis ascribimus . Eamq; sibi comparant vel per signa , qvalia sunt mutatio vultus , opera exteriora , studia in qvæ propendet homo , dispositio ac temperamentum corporis , verba &c. Vel ex revelatione , si ipse homo cogitationes suas aperiat . Immediate interim & à priori , nulla hominis cogitata novit Diabolus , nisi , qvæ ipse suggerit : quemadmodum Judæ , Christum prodituri , consilium cognitu ipsi facile erat , qvia ipsemet inspiraverat .

15.

16.

17.

Qv. XIV.

Qvæstio XIV.

Qvibus signis & Indiciis Spectra nosci queant?

§. 1. Vulgo aspectibili aliquâ deformitate Spectra prodi dicuntur, eorumq; fraus deprehendi posse. Qyod & veritati non dissentaneum; Diabolus enim, etiam si omnia membra & qualitates Corporis ejus, cuius imaginem repræsentare cupit, exactè exprimere nitatur, qvò magis deceptioni aptiora sifat perfecta Corpora, non tamen valet: divina siqvidem obstat providentia. Interdum enim Spectra *naso* eminentiori, alterâ manu strigosâ, villis, hamis, aut ungvibus deformi deprehenduntur; nunc *corpus* pilosum, nunc *pedes* corneos, bisidosq; eos, habent; nunc *quantitate* maximâ, nunc minore multò, qvâm par erat, conspiciuntur. Modè *colore*, modè *sermone*, qvò utuntur stridulò, subsibilante, confusò, obscurò, debili, pusillò & quasi ex dolio, vel per testam rimolam, suspecta sunt. Non raro ex incessu fraus colligitur, qvod levi quasi vento, navicula instar, proagantur, nec alternatim attollendo pedes promoteant gradum; imò ex obvniu qvoq; dignoscuntur, qvod palpebras nunquam concludant. Qvæ omnia exinde provenire laudati sèpius Autores existimant, qvod membris Corporis uti minùs sciant, qvodq; instrumenta Corporis induiti inepta ad hæc negotia reperiantur.


§. 2. Restabat nunc etiam de adjuratione spectrorum it. de remediis quibus pelli possint, qvæstiones subjungere. Verùm hâc de re ex instituto Theologi. Ad qvorum limites cum nobis transire non liceat, h̄ic pedem figimus, atq; DEO T. O. M. Spirituum omnium Creatori nosmet commendamus, qui tutissimò, nos, & omnes in Christum verè credentes, Sanctorum Angelorum præsidio custodiatis, & à malignorum Spirituum potestate immunes præstet: Cui eternas, in vita æterna aliquando cùm Beatorum.

Choro canemus gratias, dicemusq;
gloriam.



VII. 29







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn173737871X/phys_0031](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn173737871X/phys_0031)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn173737871X/phys_0032](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn173737871X/phys_0032)



159 15

vis etiam formā indutā, ceu deceptioni com-
ibis apparuisse Spectra, apud omnes constat.
pectrorum Exercitus vīsi leguntur. Sic refert
Trithemio, non longē à Wormatiā multis die-
a armatorum & eqvitum & peditum multitu-
qvati ipsam Historiam Christi. Besoldus factus
ii. ex Nicolao Leonico adduxit. Sæpe etiam
cujus & noti, jam mortui jam viventis, jam
certi & ignoti hominis specie, nunc monstrosi
nunc fatimæ, nunc pueri nunc senis, Spectra
res legere est. Wierus lib I. de Prest. Dæm.
, simul & horrendam, historiam memoriarum
, inquit, Hammelæ ad elicendos mures con-
facinore ingratitudinem, cum illi ex pacto non
e. d. 25. Junij hunc tibicinem (Omnicolorem
rietatem) centum & triginta pueri Hammelæ
ariæ sub monte, Roppen dicto, perierunt. unus
z. Plura qvi desiderat conf. Gaf. Schott. l.c.
water. de spectr. & Lemuribus. Job. Georg.
gis Venerabilis deg̃ bis recte puniendis, qvi 4.
, qvæ legens obstupesceres & coma starent,
am à nobis omissa.
q; sub formā non raro Spectra conspecta esse,
instrari exemplis. Canis nigri effigie Spectra
s custodivisse, Cardanus habet Lib. XIX. de
tum præterea, Draconum, Areuarum, Bufo-
m, Vesptilionum, Merularum, & passerum
n, versarum, simiarum, Asenorum, Hircorum,
ie, hominibus illusisse, imposuisse, molestiam
ntulisse, experientia testis est, & adductorum
Hoc interim mirandum, & divinæ omnino
n, nusquam, Spectra Agni aut Columbae specie
oluntate DEI non permittente (ceu loquitur
ilos. p. 84.) ut duas hasce creaturas, qvarum
iritus S. adumbratur, ad defraudandos homi-
ritus; vel voluntate propriâ, qvia tantopere
à DEO

15.

16.

17.